



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Epigram. 22. Ioannis in vtero gaudium, quo Christum denunciat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

*Epigram. 21.**Ioannes gestit in utero.*

PArue, quid agnata vincitur sub compede ludis?
Num tibi natali iam sata luce dies?
Spem sed adhuc auido mora damnat iniqua puer,
Includitque breui flammæa vora sinu.
Quod si tardat iners pes, spes præcurrit amorem,
Quem sua vox fraudat, ceu tuba; grande canis.
Vix dum vita calet; viuos tamen imbibis ignes.
Nec dum tangit humum pes, celer astra terit.
Exsors lucis agis; stas clara lucerna salutis.
Et, quasi sis vicit, viscera clausa quatiss.
Quale decus! loqueris, cui vox silet omnis, I E S V M.
Præco Deo vt præcas; tu tibi parue præcis.
Et, cui sensus abest, sensum tardantibus horis;
Vir quod nemo capit, cœlitè mente sapit.

*Epigram. 22.**Ioannis in utero gaudium, quo Christum denunciat.*

Agnus adest: agni nunc an silet augur, & index?
Gestit enim vates, vox cui nulla, loqui.
Ecce, tremente sinu teneros puer intremitt artus,
Deque vibrante parit gaudia blanda manu.
Et puer hic infans, tot agens sine murmure linguas?
Hic arguta leui quoq' pede membra micant!

*Epigramma 23.**Ioannes optat Christi imperium, ceu præco, primus publicare.**IOANNES AD CHRISTVM.*

Te propœ tango manu, tango proprio labello;
Et simul amplexus illigo pœnæ meos.
Sed nos diuiduis sors distrahit improba septis:
Quos pariungit amor, iungit & vna fides.

Ahi